



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. A. Tractatvs De Privilegiis Ecclessiae**

**Zanchi, Lelio**

**Veronae, M. D. LXXXVI.**

Quartum Priuilegium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](#)

## Quartum Priuilegium.

- E**CCLESIA habet hoc priuilegium, † quod postquam fuerit ædificata debet consecrari, & ab aliquo sacerdote consecrari nō potest, nisi à proprio episcopo, nō autem ab alieno, nisi de licentia proprij, facit cap.tua fraternitas de consecr.eccle.vel alt.non episcopus ergo non potest etiam de licen-  
tia proprij reconciliare, vt in cap. à qua eod. tit. di  
2 cit tamen Inno.ibidem, † quòd Papa pluribus episcopis conces-  
fit, vt possint simplices sacerdotes reconciliare ecclesiā, a qua tamē  
prius per Episcopum benedicta, & sic patet, quòd ex concessione  
Papæ solū possunt reconciliare, non consecrare, intellige de ec-  
clesia consecrata, quia ecclesia si consecrata bene potest reconcilia-  
ri per sacerdotem aqua exorcizata tantum, vt in cap.fin.de conse-  
crat.eccl.vel alt.quia † aqua exorcizata potest fieri per simplicem  
sacerdotem, ex quo patet, quod non oportet fiat per episcopum,  
4 vel de licentia eius, secundum gl.in d.cap.fin. † hæc consecratio  
potest fieri in tempore tam festiño, quam non, d.cap.tua fraterni-  
tas, † sed an ecclesia iam consecrata, aliquando sit reconsecranda,  
Abb.in cap.proposuisti de consecrat.eccl.vel alt.in tribus casibus.  
Primus, quando nescitur an fuerit consecrata, vt puta quia non ap-  
paret aliquid signum per quod appareat consecrata, nec scriptu-  
ra, nec testis, & huiusmodi de consecrat.distinct. i.cap.ecclesiæ, vel  
6 altari, † quia non dicitur iteratum, quod nescitur factum, cap. so-  
lennitates el primo, de consecrat.distinct. i.cap.veniens de presbyt.  
non bap.Secundus si parietes sunt combusti, & decrustati. Ratio  
quia consecratio, & linitio fit in ipsis parietibus, & ideo licet non  
corruant, si tamen comburantur est reconsecranda, glo.est de con-  
secrat.dist. i.cap.ecclesiis secus si tecum comburatur, vel destrua-  
tur, quia non est reconsecranda, cap.ligneis de consecrat.eccl. vel  
alt.Tertius si parietes ita coruerint, quòd de nouo oportet ipsam re-  
ficere de eisdem lapidibus, & licet glo.& aliqui ibi velint, quod si  
nunc vna pars reficiatur, & postea alia, quod non sit reconsecra-  
da, tamen Abb.vbi suprateneret, quòd debet reconsecrari, quia in  
spiritualibus consideramus veritatem, & non fictionem. ita not.Ar-  
chidi.in cap. i.de uot.lib.6.Ideo est verum, quod non est in verita-  
te, illa prima ecclesia, nec consecratio, quæ fuit in illa prima est in  
ista,

## *De Priuilegijs Ecclesia.*

901

ista, quia non est liquor, qui commisceatur, & hanc opinionem  
sequitur Inn. in Rub. eo. tit. ¶ Ecclesia non consecrata an gau-  
deat eo priuilegio, quo gaudet consecrata? Abb. tenet, quod sic  
pertex. in capit. fi. de consecra. Eccl. vel alt. motus hac ratione,  
quando Ecclesia fuerit auctoritate Episcopi adificata pro cu-  
ius robore multa habentur, in gl. allegati cap. fi.

### *S V M M A R I V M.*

- 1 Ecclesia debet esse sine macula.
- 2 Ecclesia non reconciliatur nisi per effusionem sanguinis ex contentione,  
vel iniuria, secus si ex alio euentu.
- 3 Si quis supra teatum Ecclesia sagitaret, & moreretur non est Ecclesia re-  
concilianda.
- 4 Si quis se ipsum calore iracundiae occideret Ecclesia reconciliatur, secus si  
esset furiosus.
- 5 Sic ad auera excommunicati, vel pagani sepelirentur in cemiterio Ecclesia  
non venit reconcilianda.
- 6 Cadavera excommunicatorum, & paganorum sunt proiicienda.
- 7 Sacerdos pollitus si celebraret officeretur irregularis.

## *Quintum Priuilegium.*



ECCLESIA gaudet priuilegio, quod debet esse  
sine macula, ideo si polluta fuisset, idigeret re-  
cōciliatione in aliquib. casibus, videlicet per  
effusionē sanguinis c. cum illorum, & ibi gl. de-  
sent. exc. ¶ Sed oportet, quod ista sanguinis ef-  
fusio sit facta ex contentione. vel iniuria, sed si  
ex furioso, vel aliquo alio euentu, prout est ex  
caducitate ligni, vel lateris, sanguis effunderetur; non veniret  
recōciliāda. Host. in c. si Ecclesia de cōs. Eccl. vel alt. ēt si sanguis  
non effunderet, sed homicidium ex violentia, & iniuria, perpetra-  
tur, venit reconcilianda, c. vnicō. de consec. Eccl. vel alt. lib. 6.  
quod secus esset in homicidio casuali, vel ad eius defensionem  
commisso, gl. tamen in d. c. vnicō tenet contrarium, quia Eccle-  
sia est polluta, ideo recōciliāda pariter recōciliatur, si letaliter  
vulneraret, & extra Ecclesiā vulneraretur, sed nō ē cōtra si mor-  
taliter vulneraretur extra Ecclesiā, & in ea cū sanguinis effusio.

B ne